Descripsi, et Actis inserui nuper insectum minimum *, quod latitat intrà grana hordei et facit ea levissima. Latet intrà semina, dùm crescit spica; fit musca miniata, à quâ sola Suecia quotannis ad minimum amittit 20,00 ....nnas frumenti. Quid, in Galliâ?

*Hallman* noster, ut audio, apud vos gradum Doctoris ambiet; fuit mihi amicus; edidit dissertationem de *Passiflorâ* **; promotus fuisset à me domi, si fieri potuisset. Si venerit, ipsum salutes. Pulchrè pingit et delineat plantas.

*Iter* meum *Scanicum* itidèm imprimitur, sed linguâ vernaculâ, utì omnia mea itinera ***; continet multa œconomica, physica, nonnulla in naturali scientiâ.

*Vianelli* observatio, de *Aquâ noctu lucente*, quòd lux hæc fiat ab insectis, est pulcherrima ****

---

* *Musc.* frit; *insectum quod grana interiùs exedit.* (Act. Acad. Reg., Holm., vol. VIII, 1749.)

Le dommage causé est évalué par Linné à 1,250,000 flor. par an.

** *Amœm. Acad.*, vol. I, 1745.

*** *Skanska Resa*, *forratad.* 1747.

**** Dix jours auparavant Linné écrivait à Jussieu : « *Vidisti procul dubio Vianelli tractatum de* Polluce et Castore *s. de* Aquâ marinâ noctu lucente, *ab insectis caussatâ; Tu, Lyncæus potes solus nobis detegere characteres hujus insecti et genus; quod, ut facias, ex animo precor.* » De Jussieu répondait, le 19 février 1751 : « *Vianelli vermes in aquâ*